

6.
descenderent Procopius Caesariensis diligens auctor scribit, ut
plurimum mixer cur adeo illis infensus in historia sua blondus
fuerit. cum fortassis et ipse ab eis descenderit. omnem n. Italia
urbe excepta tenuerunt, et ijs casis quorum inuidiosa essent
opes reliquas ad agriculturam imposito stipendio relegarunt
aldosq; idest clientes, seu comites appellarunt. quanto rectius
Lauren. Valla qui in tertij elegantiar. libri praefatione
dubitatur ne et ipse. a. Gothis sit oriundus. nec immerito quide
Gothor. enim lingua Valla est qui latinis rutilus. graecis
Pyrrhus dicitur. quod idem Procopius tradidit. Mibi certe
quisquis ille erit uere Romanus censebitur. qui quiritium artes
studia, mores probe teneat. tametsi nihil refugio quum et
ad eos stemma suum referat. et si commode queat allusione
ueteris alicuius gentilitij nominis utatur. qua in re poterit
hiscu lucubrationibus nostris non parum adiuuari. Praestiam:
us nos certe operam harum rer. curiosis ut arbitramur no
ingratam. nostro tamen nomini sane periculosam. et. ut.
omittam qui huiusmodi sollicitudinem ad Lycaonum morbu
salse quidem. sed ridicule tamen referant. quid si ut quandoq;
fit in excipiendis notis allucinati fuerimus. diligentiorq; aliqui
plura uisus acumine sit complexus. non enim Lynceus ego
sum. quem Apollonius in Argonauticis scribit oculorum aie
ad ea quoq; quae sub terris enent penetrare. fieri et potest ut mut:
ato in alterum latus lapide facilius inscripta lrae ab alio sint
perceptae. quandoq; et solis repercussione. aliquando rubrica
adiecta plerumq; et aqua. grae quauis quo ad eius fieri
potuit et nos obseruauerimus. ueniam tamen ab humanis.
lectore petimus. si quid forte erratum depraendetur. tracta:
uimus ista succisuis horis. atq; aliud agentes huiusmodi.
namas haud sane magna opera absoluiimus. Nec uero
illud polliceri ausim omnia me qua in agro nro lectu digna
sint monumenta hic descripsisse. quandoquidem id haud qua
facta facile est. transferuntur enim quotidie huc. et illuc qua:
dum et in calcem. cementitiumue opus imperitia opificiu soluit.